



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

Visch, Charles de

Coloniæ Agrippinæ, 1656

Cap. XIV. Refellitur præmissa opinio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38433

CAP. XIV.

Refellitur præmissa opinio.

Sed ipsi sibi contrarij sunt: dicunt enim sibi licitum esse, alterius legis vxorem ducere, quod & antiqui Patres fecisse leguntur, vt David, qui gentilem duxit vxorem, matrem vide-licet Absalonis, & Salomon filiam Regis Ægypti. Si enim eis licitum est uxores ducere alienigenas, multo magis licitum est salutare, vel pro eis orare. Iste colant eulicem, & deglutiunt Camelum. In multis etiam alijs sibi sunt contrarij. Quædam enim ex veteri lege suscipiunt, quædam excipiunt. Similiter, ex Euangeliō, & sibi multipliciter contrarij sunt. Hæ sunt Vulpeculæ Sampsonis, quæ in caudis fuerunt coniunctæ, in facie disiunctæ, & diuisæ. Illi enim dicunt Christum tantæ fuisse dignitatis & sanctitatis, ac Mahometum, vel etiam maioris, quandoquidem dicant Christum non fuisse mortuum, Mahometum autem asserant defunctum; & etiam manifestum est Mahometum fuisse mortuum, & à canibus deuoratum.

Si Christus non est mortuus, ubi dicent eum esse, in cœlo, & in terra? In terra manifestum est eum non esse, relinquunt ergo, quod in cœlo. Sed quando ascensit in cœlum, cum paſſus, vel mortuum, vel suscitatus, secundum eos, non sit?

Quæritur etiam ab eis, utrum Christus iudicatur in mundum? Nonne legitur in libro Daniëlis, quod libri conscientiarum aperientur in die iudicij, & reuulsus dierum sedebit, & singulos

iudicabit? Daniëlis 7. Hæc autem innuit in via, vt hoc iudicium consequeretur in patriâ.

Dicant etiam, opinio sua quibus notetur miraculis? Apud eos sunt miracula per antipharam. Relinquitur ergo, falsam esse eorum opinionem, quæ non munitur ratione, vel auctoritate.

Conclusio huius Operis:

Erubescant ergo heretici de falso errore, Waldenses de excogitato dogmate, Iudei de legis Mosaicæ obseruatione, Pagani de abominabili errore. Conuertantur heretici ad Catholicam unitatem, abtemuntiantes præuis dogmaribus; Waldenses præuis perturbationibus, Iudei obseruantib[us] carnalibus, Pagani superstitiosis opinionibus, vt sic ad veram unitatem perueniant, & à verâ unitate fidei, ad veram æternæ beatitudinis unitatem ascendant. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto viruit & regnat unus Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit quadripartita MAGISTRI ALANI editio contra hereticos, Waldenses, Iudeos, & Paganos.

Inferius habebatur:

Fideliter extractum ex manuscripto in Bibliotheca Cisterciensi asservato. 18. Martij, 1655.

Franciscus du Chemin,
Prior Cisterci.

F I N I S.